



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ejus causa ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

128 De CALCEIS HEBRAOR.

ac ruptam esse pacem & amicitiam
qua homo tamdiu gaudebat, quam-
diu divinæ legi pareret. Constat etiā
Deum habuisse εὐδοκίαν ἐν ἀγρόποις,
qua noluit omnes in perpetuum esse
miseros, sed cum quibusdam in gra-
tiam redire. Hinc sumpsit מִלְשׁוֹן
Zach. 6. 13. Consilium pacis, uti apud Zacha-
2. Cor. 5. 19. riam est. In eo erat εὐχεῖται κόσ-
μον καταλλέσσων εἰσιτιν, μὴ λογιζόμενον
αυτοῖς τὰ παραπλήσιά αὐτῶν. Nimis
Christus Deum cum hominibus
conciliaret, & pacem, quae per
peccatum à terra exulabat, redu-
ceret. Hinc Prophetæ inter alia
beneficia, quae generi humano per
ipsum contingent, præcipue pa-
cem celebrant: Ita in Psalmis le-
gimus. Montes populo pacem addu-
cent, etiam colles iustitiam, & paulo
inferius in diebus ejus orietur iusti-
tia, & abundantia pacis, donec luna
non sit amplius. Apud Jesaiam in
celebri illo oraculo: Puer natus
est nobis &c. additur: Magnitudi-
nis imperii & pacis non erit finis.
Pariter apud Ezechiem: Et ego
Ezech. 34. 24. Iehova ero ipsis in Deum, & servus
meus David erit Rex in medio eorum
& faciam cum eis pactum pacis. No-
tum

Ps. 72. 3.

Iel. 9. 7.

Ezech. 34.
24.

tum etiam est Michæ vaticinium Mich. 3. 1.
 & tu Bethlehem &c. in quo Pro- & 5.
 pheta canit : *Et hic erit pax.*

De hac pace Christus ipse suis
 Apostolis dixit. *Εἰρήνη ἀφίσμε
 υμῖν, εἰρήνη τὴν ἐμὴν διδάσκω υμῖν.* Ioh. 14. 27.
 Quomodo & Paulus de ea locutus
 est in Epistola ad Romanos, quæ
 loca superius adduximus, & Euan-
 gelium vocavit *εὐαγγέλιον* & *εἰρήνης.*
 Obscurum jam non esse potest
 qualem pacem celebrent Angeli,
 & quare dicant *καὶ οὐδὲπώτεροι εὐδοκί-
 αντε* esse *ἐπὶ γῆς εἰρήνην*, nimirum
 quoniam fluxit ex illa *εὐδοκίᾳ*,
 qua Deus humano generi voluit
 esse propitius. Hæc mea de hoc
 obscuro & intricato loco sententia,
 quam possunt alii perpendere dili-
 gentius.